BREVE
CLEMENTIS XIV. P. M.
DE
SUPPRESSIONE
ORDINIS SOCIETATIS JESU.

Breve
Clemens des XIV.
wegen
Aufhebung des Ordens der Gesellschaft Jesu.

JUXTA EXEMPLAR ROMANUM.

1773.



CLEMENS XIV.

Clemens XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dominus, ac Redemptor noster JESUS CHRISTUS Princeps pacis a Propheta prænuntiatus, quod hunc in mundum veniens per Angelos primum pastoribus significavit, ac demum per se ipsum antequam in cælos ascenderet, semel & iterum suis reliquit discipulis; ubi omnia Deo Patri reconciliavisset, pacificans per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt, Apostolis etiam reconciliationis tradidit ministerium, posuitque in eis verbum reconciliationis, ut legatione fungentes pro Christo, qui non est dissensionis Deus, sed pacis, & dilectionis, universo Orbi pacem annuntiarent, & ad id potissimum sua studia conferrent

Zum ewigen Gedächtnisse.

Unser Herr und Erlöser Jesus Christus, der von dem Propheten vorher verkündigte Fürst des Friedens, den er, als er in diese Welt kam, zu erst durch die Engel den Hirten bedeutet, und endlich durch sich selbst, bevor er in den Himmel auffuhr, wiederholtermalen seinen Jüngern hinterlassen; hat, nachdem er alles mit seinem göttlichen Vater versöhnet, und was sowohl auf Erde, als in den Himmeln ist, durch das Blut seines Kreuzes beruhiget hatte, auch den Aposteln das Amt der Versöhnung übergeben, und das Wort derselben in sie geleget, damit sie als Gesandte Christi, der kein Gott der Zwietracht, sondern ein Gott des Friedens und der Liebe ist, der ganzen Welt den Frieden verkündigten, und alle ihre Mühe und Arbeit dahin verwendeten,

ac labores, ut omnes in Christo geniti solliciti essent servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati sunt in una spe vocationis, ad quam nequaquam pertingitur, ut inquit S. Gregorius Magnus, si non ad eam unita cum proximis mente curratur.

Hoc ipsum potiori quadam ratione nobis divinitus traditum reconciliationis verbum, & ministerium, ubi primum, meritis prorsus imparibus, evecti fuimus ad hanc Petri Sedem, in memoriam revocavimus, die, noctuque præ oculis habuimus, cordique altissime inscriptum gerentes, ei pro viribus satisfacere contendimus, divinam ad id opem assidue implorantes, ut cogitationes, & consilia pacis nobis, & universo dominico gregi Deus infundere dignaretur, ad eamque consequendam tutissimum nobis, firmissimumque aditum reserare. Quin imo probe scientes, divino nos consilio constitutos fuisse super gentes, & super regna, ut in excolenda vinea Sabaoth, conservandoque Christianæ Religionis ædificio, cujus Christus est angularis lapis, evellamus, & destruamus, & disperdamus, & dissipemus, & ædificemus, & plantemus, eo semper fuimus animo, constantique voluntate, ut quemadmodum pro Christianæ Reipublicæ quiete, & tranquillitate nihil a nobis prætermittendum esse censuimus, quod plantando, ædificandoque esset quovis modo accommodatum; ita, eodem mutuæ charitatis vinculo expostulante, ad evellendum, destruendumque, quidquid ju-

damit alle in Christo Wiedergebohrne sich angelegen seyn ließen, die Einigkeit des Geistes in dem Bande des Friedens zu erhalten, als Ein Körper, und ein Geist, gleichwie sie in Einer Hoffnung des Berufes berufen worden, zu welchem, wie der heilige Gregorius der Große sagt, man auf keine Weise gelanget, wenn man nicht mit vereinigten Gemüthern dahin läuft.

Eben dieses Wort und Amt der Versöhnung, welches Uns von obenherab auf eine vorzügliche Weise ertheilet worden, haben Wir gleich, als Wir der Schwachheit Unserer Verdienste ungeachtet, auf diesen Sitz des heiligen Peters erhoben worden, Uns zu Gemüth geführet, Tag und Nacht vor Augen gehabt, in Unser Herz tiefest eingepräget, und Uns nach Unsern Kräften beflissen, demselben genug zu thun. Wir riefen hierzu die göttliche Hülfe unaufhörlich an, damit Gott Uns, und der ganzen christlichen Heerde Gedanken, und Rathschläge des Friedens einzugießen, und Uns zu Erlangung desselben den sichersten und festesten Weg zu eröffnen sich würdigen möchte. Ja, weil Wir wohl wußten, daß Wir durch göttliche Verordnung über die Völker und Königreiche gesetzet sind, damit Wir in Anbauung des Weingartens Sabaoth, und in Erhaltung des Gebäudes der christlichen Religion, dessen Eckstein Christus ist, ausreuten, abbrechen, zernichten und zerstreuen, aufbauen und pflanzen: so war Unser Wille allzeit dahin gerichtet, daß, gleichwie Wir für die Ruhe der Christenheit nichts zu unterlassen gedachten, was zum Pflanzen und Aufbauen auf was immer für eine Weise tauglich seyn könnte: also auch, wenn es eben dieses Band der Liebe erforderte, Wir zu Ausreutung und Zerstörung selbst desjenigen bereit und erbietig wären, was Uns sonst

das

cundissimum nobis esset, atque gratissimum, & quo carere minime possemus sine maxima animi molestia, & dolore, prompti æque essemus, atque parati.

Non est sane ambigendum, ea inter, quæ ad Catholicæ Reipublicæ bonum, felicitatemque comparandam plurimum conferunt, principem fere locum tribuendum esse regularibus Ordinibus, ex quibus amplissimum in universam Christi Ecclesiam quavis ætate dimanavit ornamentum, præsidium, & utilitas. Hos idcirco Apostolica hæc Sedes approbavit non modo, suisque fulcita est auspiciis, verum etiam pluribus auxit beneficiis, exemptionibus, privilegiis, & facultatibus, ut ex his ad pietatem excolendam, & religionem, ad populorum mores verbo & exemplo rite informandos, ad fidei unitatem inter fideles servandam, confirmandamque, magis, magisque excitarentur, atque inflammarentur. Ast ubi eo res devenit, ut ex aliquo regulari Ordine, vel non amplius uberrimi ii fructus, atque optatissima emolumenta a Christiano populo perciperentur, ad quæ afferenda fuerant primitus instituti, vel detrimento potius esse visi fuerint, ac perturbandæ magis populorum tranquillitati, quam eidem procurandæ accommodati; hæc eadem Apostolica Sedes, quæ eisdem plantandis operam impenderat suam, suamque interposuerat auctoritatem, eos vel novis communire legibus, vel ad pristinam vivendi severitatem revocare, vel penitus etiam evellere, ac dissipare minime dubitavit.

Hac sane de causa Innocentius Pa-

das erfreulichste, und angenehmste wäre, und welches Wir ohne größten Schmerzen, und Herzenleid nicht entbehren könnten.

Es ist gar kein Zweifel, daß unter jenen Dingen, welche zum Besten des christlichen Volkes, und seiner Glückseligkeit das meiste beytragen, die regularen Ordensstände fast den ersten und vorzüglichsten Platz verdienen, als aus welchen die größte Zierde, Nutzbarkeit und Beschützung in die Kirche Christi zu allen Zeiten geflossen ist. Diese hat daher der apostolische Stuhl nicht nur gut geheißen, und durch seine Macht standhaft unterstützet, sondern auch mit vielen Gutthaten, Freyheiten, Privilegien, und Ausnahmen versehen, damit sie dadurch desto hurtiger und eifriger würden, die Frömmigkeit und Religion zu üben, die Sitten der Völker durch Wort und Beyspiel zu bilden, die Einigkeit des Glaubens unter den Gläubigen zu erhalten, und zu bestärken. Wenn aber die Sache so weit gekommen, daß das christliche Volk von einem Orden jene häufigen Früchte, und erwünschten Vortheile nicht mehr erhielt, wozu er anfänglich eingesetzt worden, oder daß er wohl gar schädlich zu werden, und die Ruhe der Völker mehr zu stöhren, als zu befördern schien: so hat eben dieser apostolische Stuhl, der ihn gepflanzet, und durch sein Ansehen unterstützet hatte, kein Bedenken getragen, ihn entweder durch neue Gesetze einzuschränken, oder zur vorigen Strenge des Lebens zurück zu weisen, oder endlich gänzlich auszureißen, und zu zerstreuen.

Aus dieser Ursache hat Innocenz III.

Unser

pa III. prædecessor noster cum compertisset, nimiam regularium Ordinum diversitatem gravem in Ecclesiam Dei confusionem inducere, in Concilio generali Lateranensi IV. firmiter prohibuit, ne quis de cætero novam Religionem inveniat: sed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat; decrevitque insuper, ut qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam, & institutionem accipiat de approbatis. Unde consequens fuit, ut non liceret omnino novam religionem instituere, sine speciali Romani Pontificis licentia, & merito quidem: nam cum novæ Congregationes majoris perfectionis gratia instituantur, prius ab hac sancta Apostolica Sede ipsa vitæ futuræ forma examinari, & perpendi debet diligenter, ne sub specie majoris boni, & sanctioris vitæ, plurima in Ecclesia Dei incommoda, & fortasse etiam mala exoriantur.

Quamvis vero providentissime hæc fuerint ab Innocentio III. Prædecessore constituta, tamen postmodum non solum ab Apostolica Sede importuna petentium inhiatio aliquorum Ordinum Regularium approbationem extorsit, verum etiam nonnullorum præsumptuosa temeritas diversorum Ordinum, præcipue mendicantium nondum approbatorum, effrenatam quasi multitudinem adinvenit. Quibus plene cognitis, ut malo statim occurreret, Gregorius Papa X. pariter Prædecessor noster in generali Concilio Lugdunensi, renovata Constitutione ipsius Innocentii III. Præ-

Unser Vorfahrer, als er vermerket, daß die allzugroße Verschiedenheit der Ordensstände eine große Verwirrung in der Kirche Gottes verursachte, auf der vierten allgemeinen Kirchenversammlung im Lateran ernstlich gebothen, daß Niemand mehr einen neuen Orden erfinden, sondern wer sich immer einem Orden wiedmen wolte, einen aus den schon Gutgeheißenen annehmen sollte: er befahl ferner, daß, wer ein neues Kloster zu stiften gesinnet wäre, die Regel und das Institut ebenfalls von den bereits Gutgeheißenen hernehmen müsse. Woraus folgte, daß man ohne besondere Erlaubniß des römischen Pabstes gar keinen neuen Orden errichten durfte; und zwar billig: denn wenn die neuen geistlichen Gemeinden zu dem Zwecke einer größern Vollkommenheit errichtet werden, so muß die Art ihres zukünftigen Lebens zuvor von dem apostolischen Stuhle geprüft, und fleißig erwogen werden, damit nicht unter dem Vorwande des Guten und eines heiligen Lebens vielmehr viele Nachtheile, oder wohl gar viele Uebel in der Kirche Gottes entstehen.

Obwohl aber dieses von Innocenz III. sehr vorsichtig verordnet worden, so ist dennoch nach der Hand durch manches ungestümes Begehren und Flehen nicht nur die Gutheißung einiger Ordensstände von dem apostolischen Stuhle erpresset worden, sondern es hat auch die Vermessenheit einiger Leute eine so zu sagen ungeheure Menge verschiedener noch nicht approbirter Orden, besonders Mendikantenorden erfunden: von welcher Sache, als Pabst Gregorius X. vollkommen unterrichtet worden, hat er, um dem Uebel sogleich zu steuren, auf der allgemeinen Kirchenversammlung zu Lion die Constitution Innocenz des III. seines Vorfahrers erneuert, und noch strenger verbothen, daß Niemand

decessoris, districtius inhibuit, ne aliquis de cætero novum Ordinem, aut religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis assumat. Cunctas vero generaliter religiones, & Ordines mendicantes post Concilium Lateranense IV. adinventos, qui nullam confirmationem Sedis Apostolicæ meruerunt, perpetuo prohibuit. Confirmatos autem ab Apostolica Sede modo decrevit subsistere infrascripto: ut videlicet professoribus eorumdem Ordinum ita liceret in illis remanere, si voluerint, quod nullum deinceps ad eorum professionem admitterent, nec de novo domum, vel aliquem locum acquirerent, nec domos, seu loca, quæ habebant, alienare valerent, sine ejusdem sanctæ Sedis licentia speciali. Ea enim omnia dispositioni Sedis Apostolicæ reservavit in Terræ sanctæ subsidium, vel pauperum, vel alios pios usus per locorum Ordinarios, vel eos, quibus Sedes ipsa commiserit, convertenda. Personis quoque ipsorum Ordinum omnino interdixit quoad extraneos prædicationis, & audiendi confessiones officium, aut etiam sepulturam. Declaravit tamen in hac Constitutione minime comprehensos esse Prædicatorum, & Minorum Ordines, quos evidens ex eis utilitas Ecclesiæ Universali proveniens perhibebat approbatos. Voluitque insuper Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines in solido statu permanere, ex eo, quod istorum institutio prædictum Generale Concilium Lateranense præcesserat. Demum singularibus personis Ordinum, ad quos hæc

mand künftig einen neuen Orden erfinden, oder den Habit davon annehmen sollte. Er untersagte überhaupt, und für beständig alle Mendikantenorden und Religionen, die erst nach dem vierten Concilium im Lateran erdacht worden, und keine Bestätigung des apostolischen Stuhles verdienet hatten; diejenigen hingegen, welche von dem apostolischen Stuhle bestättiget worden, hat er auf folgende Weise stehen gelassen, daß nämlich den Professen dieser Orden, wenn sie selbst wollten, in denselben dermassen zu verbleiben erlaubt wäre, daß sie Niemand mehr zur Ablegung der Profession zulassen, noch von neuem ein Haus, oder einen andern Ort sich zueignen, auch die Häuser und Orte, die sie besassen, ohne besondere päbstliche Erlaubniß nicht veräußern durften. Denn dieses alles behielt er der Willkühr des apostolischen Stuhles zuvor, damit es zur Hülfe des heiligen Landes, oder der Armen, oder zu andern gottseligen Gebräuchen von den ordentlichen Bischöfen, oder jenen, welchen es der apostolische Stuhl selbst auftragen würde, verwendet werden sollte. Den Ordenspersonen selbst verboth er gänzlich, in Ansehung der Auswärtigen das Predigen, Beichthören, und sogar das Begraben. Doch erklärte er, daß in dieser Constitution die Orden der Predigermönche und der Minoriten nicht enthalten seyen, welchen der augenscheinliche Nutzen, den sie der ganzen Kirche leisteten, ihr Daseyn bestätigte. Er wollte überdas, daß die Orden der Eremiten des heiligen Augustins und der Carmeliten in ihrem festen Stande verbleiben sollten, weil ihr Institut schon vor gedachter allgemeinen Kirchenversammlung gemacht worden. Endlich ertheilte er einem jeden dieser Ordensmänner, auf welche die Constitution ausgedähnet war, die Erlaubniß, in andere approbirte Orden zu tretten:

doch

Constitutio extendebatur, transeundi ad reliquos Ordines approbatos licentiam concessit generalem; ita tamen ut nullus ordo ad alium, vel Conventus ad Conventum se, ac loca sua totaliter transferret, non obtenta prius speciali Sedis Apostolicæ licentia.

Hiscemet vestigiis secundum temporum circumstantias inhæserunt alii Romani Pontifices Prædecessores nostri, quorum omnium decreta longum esset referre. Inter cæteros vero Clemens Papa V. pariter Prædecessor noster, per suas sub plumbo 6. nonas Maji anno Incarnationis Dominicæ 1312. expeditas litteras, Ordinem Militarem Templariorum nuncupatorum, quamvis legitime confirmatum, & alias de Christiana Republica adeo præclare meritum, ut a Sede Apostolica insignibus beneficiis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, licentiis cumulatus fuerit, ob universalem diffamationem suppressit, & totaliter extinxit, etiamsi Concilium generale Viennense, cui negotium examinandum commiserat, a formali, & definitiva ferenda sententia censuerit se abstinere.

Sanctus Pius V. similiter Prædecessor noster, cujus insignem sanctitatem pie colit, & veneratur Ecclesia Catholica, Ordinem Regularem Fratrum Humiliatorum Concilio Lateranensi anteriorem, approbatumque a felicis recordationis Innocentio III., Honorio III, Gregorio IX., & Nicolao V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus itidem nostris, ob inobedientiam decretis Apostolicis, discordias domesticas, & externas exortas, nullum

doch so, daß ohne vorgegangene besondere Erlaubniß des apostolischen Stuhles kein ganzer Orden sich und seine Güter in einen andern, noch ein ganzes Convent in ein anders begeben könnte.

Diesen Fußstapfen folgten nach den Umständen der Zeiten andere römische Päbste Unsere Vorfahrer, deren Verordnungen alle anzuführen zu weitläuftig seyn würde. Unter andern aber hat Clemens V. durch eine den 6. May 1312. ausgefertigte Bulle den Ritterorden der Tempelherren, obwohl er rechtmäßig bestättiget war, und sich überdas um die christliche Kirche so sehr verdient gemacht hat, daß ihn der apostolische Stuhl mit ausnehmenden Gutthaten, Privilegien, Freyheiten, Exemptionen, und Gnaden überhäufet, wegen des allgemeinen üblen Rufes aufgehoben, und gänzlich zernichtet, obwohl die allgemeine Kirchenversammlung zu Vienne, welcher er die Untersuchung dieses Handels übertragen hatte, von einem ausdrücklichen, und entscheidenden Endurtheile sich zu enthalten für gut befunden hatte.

Der heilige Pius V. dessen vortreffliche Heiligkeit die katholische Kirche andächtig verehret, hat den regularen Orden der Humiliaten, welcher schon vor dem Concilium im Lateran gestiftet, und von Unsern Vorfahrern glorwürdigen Angedenkens den Päbsten Innocenz III. Honorius III. Gregorius IX. und Nicolaus V. gutgeheißen worden, wegen seines Ungehorsams gegen die apostolischen Verordnungen, wegen der entstandenen innerlichen und äußerlichen Unruhen, und weil er gar kein Zeichen einer

künf-

bavit; rataque haberi jussit, ac firma privilegia quæcumque eidem Societati a suis Prædecessoribus collata; & illud præ cæteris, quo cautum fuerat, ut a Societate expelli, dimittique possent Socii, forma judiciaria minime adhibita, nulla scilicet præmissa inquisitione, nullis confectis actis, nullo ordine judiciario servato, nullisque terminis, etiam substantialibus servatis, sola facti veritate inspecta, culpæ, vel rationabilis causæ tantum ratione habita, ac personarum, aliarumque circumstantiarum. Altissimum insuper silentium imposuit; vetuitque sub pæna potissimum excommunicationis latæ sententiæ, ne quis dictæ Societatis Institutum, constitutiones, aut decreta directe, vel indirecte impugnare auderet, vel aliquid de iis quovis modo immutari curaret. Jus tamen cuilibet reliquit, ut quidquid addendum, minuendum, aut immutandum censeret, sibi tantummodo, & Romanis solum Pontificibus pro tempore existentibus vel immediate, vel per Apostolicæ Sedis Legatos, seu Nuncios significare posset, atque proponere.

Tantum vero abest, ut hæc omnia satis fuerint compescendis adversus Societatem clamoribus, & querelis, quin potius magis, magisque universum fere Orbem pervaserunt molestissimæ contentiones de Societatis doctrina, quam fidei veluti Orthodoxæ, bonisque moribus repugnantem plurimi traduxerunt; domesticæ etiam, externæque efferbuerunt dissensiones, & frequentiores factæ sunt in eam, de nimia potissimum terrenorum bonorum cupiditate accusationes; ex quibus omnibus

vermöge dessen die Gesellen ohne mindeste gerichtliche Form, ohne vorläufige Untersuchung, ohne Akten, und gerichtliche Ordnung, ohne alle Beobachtung der auch wesentlichsten Stücke, und blos nach eingesehener Wahrheit der Sache, und mit Rücksicht auf die Schuld und eine vernünftige Ursache, auf die Personen und andere Umstände aus der Gesellschaft gejaget, oder entlassen werden könnten. Er geboth zugleich ein tiefes Stillschweigen, und untersagte bey der Strafe der Excommunication latæ sententiæ, daß sich Niemand unterstünde, das Institut erwähnter Gesellschaft, ihre Constitutionen oder Dekrete directe oder indirecte anzugreifen, oder etwas daran auf was immer für eine Weise verändern zu lassen. Doch ließ er einem jeden das Recht, alles dasjenige nur ihm, und seinen Nachfolgern den römischen Päbsten entweder unmittelbar, oder durch die Legaten und Nuncien des apostolischen Stuhles vortragen zu dürfen, was man vermeynte, daß hinzugesetzt, vermindert, oder verändert werden sollte.

Aber weit entfernet, daß dieß alles hinlänglich gewesen wäre, das Rufen, und die Klagen wider die Gesellschaft zu stillen, so verbreiteten sich vielmehr von Tag zu Tag in der ganzen Welt die verdrüßlichsten Streitigkeiten über die Lehre der Gesellschaft, welche von sehr vielen als dem wahren Glauben und den guten Sitten zuwiderlaufend durchgezogen wurde: es entbrannen auch innerliche und äußerliche Unruhen, und die Anklagen wider sie, besonders wider ihre allzu große Begierde nach zeitlichen Gütern, wurden häufiger, woraus sowohl die leider! nur

ſuam hauſerunt originem tum perturbationes illæ omnibus ſatis cognitæ, quæ Sedem Apoſtolicam ingenti mœrore aſſecerunt, ac moleſtia; tum capta a Principibus nonnullis in Societatem conſilia. Quo factum eſt, ut eadem Societas novam inſtituti ſui, ac privilegiorum confirmationem a felicis recordationis Paulo Papa V. prædeceſſore noſtro impetratura, coacta fuerit ab eo petere, ut rata habere vellet, ſuaque confirmare auctoritate decreta quædam, in quinta generali Congregatione edita, atque ad verbum exſcripta in ſuis ſub plumbo, pridie Non. Septembris anno Incarnationis Dominicæ 1606. deſuper expeditis literis; quibus in decretis diſcretiſſime legitur, tam internas Sociorum ſimultates, ac turbas, quam exterorum in Societatem querelas, ac poſtulationes, Socios in comitiis congregatos impuliſſe ad ſequens condendum ſtatutum: „Quoniam Societas noſtra, quæ ad „fidei propagationem, & animarum „lucra a Domino excitata eſt, ſicut „per propria Inſtituti miniſteria, quæ „ſpiritualia arma ſunt, cum Eccleſiæ „utilitate, ac proximorum ædificatione ſub crucis vexillo finem feliciter conſequi poteſt, quem intendit; ita & hæc bona impediret, „& ſe maximis periculis exponeret, „ſi ea tractaret, quæ ſæcularia ſunt, „& ad res politicas, atque ad ſtatus „gubernationem pertinent; idcirco „ſapientiſſime a noſtris majoribus ſtatutum eſt, ut militantes Deo aliis, „quæ a noſtra profeſſione abhorrent, „non implicemur. Cum autem his „præſertim temporibus valde peri-

gar zu bekannten Verwirrungen, welche dem apoſtoliſchen Stuhle ſo großen Schmerz und Betrübniß verurſachet haben, als auch die von einigen Fürſten wider die Geſellſchaft gefaßten Entſchließungen ihren Urſprung genommen. Daher als dieſe Geſellſchaft eine neue Beſtättigung ihres Inſtituts, und ihrer Privilegien von Paul V. erhalten wollte, war ſie gezwungen, auch die Beſtättigung einiger Satzungen zu begehren, welche in der fünften General-Congregation gemacht worden, und von Wort zu Wort in ſeiner Bulle vom 4. Herbſtmonat 1606. enthalten ſind: in welchen Satzungen man deutlich erſiehet, daß ſowohl die innerlichen Zwiſtigkeiten und Unruhen in der Geſellſchaft, als die Klagen der Auswärtigen wider dieſelbe die auf dem Kapitel verſammelten Geſellen ſelbſt zur Feſtſetzung folgender Verordnung genöthiget haben: „Weil unſre Geſellſchaft, welche zu Fortpflanzung des „Glaubens, und zum Gewinnſte der Seelen von Gott erwecket worden, gleichwie „ſie durch die eigenen Verrichtungen des „Inſtituts, welche die geiſtlichen Waffen „ſind, mit dem Nutzen der Kirche, und „mit Erbauung des Nächſten unter der „Fahne des Kreuzes ihr Ziel glücklich erreichen kann; alſo auch dieſes Gute verhindern, und ſich den größten Gefahren ausſetzen würde, wenn ſie ſich in weltliche „Dinge, in politiſche Geſchäffte, und in „Staatsſachen einmiſchte; daher haben „unſre Vorfahrer ſehr weislich verordnet, „daß wir für Gott allein kämpfen, und „von allem, was von unſrer Beſtimmung „entfernet iſt, uns enthalten ſollten. Weil „aber beſonders bey dieſen gefährlichen Zei„ten,

„ culosis, pluribus locis, & apud varios Principes (quorum tamen amorem, & charitatem sanctæ memoriæ Pater Ignatius conservandam ad divinum obsequium pertinere putavit) aliquorum fortasse culpa, & vel ambitione, vel indiscreto zelo religio nostra male audiat; & alioquin bonus Christi odor necessarius sit ad fructificandum; censuit Congregatio, ab omni specie mali abstinendum esse, & querelis, quoad fieri poterit, etiam ex falsis suspicionibus provenientibus, occurrendum. Quare præsenti decreto graviter, & severe nostris omnibus interdicit, ne in hujusmodi publicis negotiis, etiam invitati, aut allecti, ulla ratione se immisceant, nec ullis precibus, aut suasionibus ab instituto deflectant. Et præterea quibus efficacioribus remediis omnino huic morbo, sicubi opus sit, medicina adhibeatur, patribus Definitoribus accurate decernendum, & definiendum commendavit.“

„ ten, in vielen Orten, und bey verschiedenen Fürsten (deren Liebe und Zuneigung zu erhalten der heilige Vater Ignatius für ein verdienstliches Werk hielt) unser Orden vielleicht durch die Schuld einzelner Glieder, durch Ehrgeiz, oder unbescheidenen Eifer derselben in übelm Rufe ist: sonst aber ein guter Geruch Christi um Früchte hervorzubringen erfordert wird; so hat die Congregation dafür gehalten, daß man allen Schein des Bösen vermeiden, und den Klagen, wenn sie auch aus falschen Argwöhnen entspringen sollten, nach Möglichkeit abhelfen sollte. Daher verbiethet sie durch gegenwärtige Satzung allen ernstlich und schärfest, daß sie sich in dergleichen öffentliche Geschäffte, wenn sie auch dazu eingeladen, oder angereitzet werden, auf keine Weise mengen, noch durch Bitten oder Rathen von dem Institut abweichen sollten. Uebrigens hat sie den Patern Definitorn den Auftrag gethan, die kräftigsten Mittel, wenn es irgendwo nöthig ist, zu Heilung dieser Krankheit zu bestimmen und vorzuschreiben.

Maximo sane animi nostri dolore observavimus, tam prædicta, quam alia complura deinceps adhibita remedia nihil ferme virtutis præsetulisse, & auctoritatis, ad tot, ac tantas evellendas, dissipandasque turbas, accusationes, & querimonias in sæpe dictam Societatem, frustraque ad id laborasse cæteros Prædecessores nostros Urbanum VIII. Clem. IX. X. XI. & XII. Alexand. VII. & VIII. Innoc. X. XI. XII. & XIII. & Bened. XIV. qui optatissimam conati sunt Ecclesiæ restituere tranquillitatem, plurimis saluberrimis edi-

Wir haben mit inniglichem Herzensleide gesehen, daß alle obengemeldte und mehr andere in der Folge angewandte Mittel fast gar keine Kraft und Wirkung gehabt haben, so viele und große Unruhen, Anklagen, und Beschuldigungen wider oft erwähnte Gesellschaft aufzuheben, und daß daran Unsre übrigen Vorfahrer Urbanus VIII. Clemens IX. X. XI. und XII. Alexander VII. und VIII. Innoc. X. XI. XII. und XIII. und Bened. XIV. umsonst gearbeitet haben, welche der Kirche ihre vorige Ruhe zu schenken, viele heilsamste Verordnungen herausgegeben, theils um der Gesellschaft die weltlichen Geschäfte so-

tis Constitutionibus, tam circa sæcularia negocia, sive extra sacras Missiones, sive earum occasione minime exercenda, quam circa dissidia gravissima, ac jurgia adversus Locorum Ordinarios, regulares Ordines, loca pia, atque Communitates cujusvis generis in Europa, Asia, & America non sine ingenti animarum ruina, ac populorum admiratione a Societate acriter excitata; tum etiam super interpretatione, & praxi Ethnicorum quorumdam rituum aliquibus in locis passim adhibita, omissis iis, qui ab Universali Ecclesia sunt rite probati; vel super earum sententiarum usu, & interpretatione, quas Apostolica Sedes tamquam scandalosas, optimæque morum disciplinæ manifeste noxias merito proscripsit; vel aliis demum super rebus maximi equidem momenti, & ad Christianorum dogmatum puritatem sartam tectam servandam apprime necessariis, & ex quibus nostra hac non minus, quam superiori ætate plurima dimanarunt detrimenta, & incommoda; perturbationes nimirum, ac tumultus in nonnullis Catholicis regionibus; Ecclesiæ persecutiones in quibusdam Asiæ, & Europæ provinciis; ingens denique allatus est mœror Prædecessoribus nostris, & in his piæ memoriæ Innocentio Papæ XI,, qui necessitate compulsus eo devenit, ut Societati interdixerit novitios ad habitum admittere: tum Innocentio Papæ XIII., qui eamdem pœnam coactus fuit eidem comminari; ac tandem rec. memoriæ Benedicto Papæ XIV. „ qui visitationem Domorum, Collegiorumque in

wohl außer den Mißionen, als bey Gelegenheit derselben zu verbieten, theils um jene erheblichen Streitigkeiten und Zänkereyen, so sie wider die ordentlichen Bischöfe, wider andere Ordensstände, wider fromme Ortschaften, und Communitäten aller Gattungen in Europa, Asia, und Amerika nicht ohne großen Seelenverlust, und Verwunderung der Völker erreget hatte, beyzulegen; wie auch nicht minder wegen der Erklärung und Ausübung einiger heydnischen Ceremonien, welche an manchen Orten vielfältig von der Gesellschaft gestattet worden, mit Unterlassung derjenigen, welche die allgemeine Kirche gutgeheißen hat; oder wegen Auslegung und Befolgung jener Sätze und Meynungen, so von dem heiligen Stuhle als ärgerlich, und der ächten Sittenlehre nachtheilig mit Rechte verdammet worden; oder endlich wegen anderer höchst wichtigen Dinge, so zu Erhaltung der Reinigkeit der christlichen Lehre sehr nothwendig sind, und woraus sowohl bey unsern Zeiten, als in den verflossenen sehr vieler Schaden und Nachtheil, nämlich Verwirrungen und Unruhen in einigen katholischen Ländern, und Verfolgungen in einigen Provinzen Asiens, und Europens entstanden sind. Es wurden Unsre Vorfahrer, und unter diesen Innocenz XI. mit keiner geringen Betrübniß durchdrungen, als er sich genöthiget sah, der Gesellschaft die Ausnahme der Novizen zu verbieten, und Innocenz der XIII. als er derselben mit eben dieser Strafe zu drohen gezwungen war, und erst letzthin Benedikt XIV. glorwürdigen Angedenkens, als er eine Durchsuchung der Häuser, und Collegien in den Königreichen des getreuesten Königs in Portugal und Algarve, Unsers in Christo geliebtesten Sohnes zu veranstalten, für nöthig befand, ohne

daß

ditione charissimi in Christo filii nostri Lusitaniæ, & Algarbiorum Regis Fidelissimi existentium censuit decernendam; quin ullum subinde vel Sedi Apostolicæ solamen, vel Societati auxilium, vel Christianæ Reipublicæ bonum accesserit, ex novissimis Apostolicis litteris a felicis recordationis Clemente Papa XIII. immediate Prædecessore nostro extortis potius, ut verbo utamur a Prædecessore nostro Greg. X. in supra citato Lugdunensi Oecum. Concilio adhibito, quam impetratis; quibus Societatis Jesu institutum magnopere commendatur, ac rursus approbatur.

Post tot, tantasque procellas, ac tempestates acerbissimas, futurum optimus quisque sperabat, ut optatissima illa tandem aliquando illucesceret dies, quæ tranquillitatem, & pacem esset cumulatissime allatura. At Petri Cathedram gubernante eodem Clemente XIII. Prædecessore, longe difficiliora, ac turbulentiora accesserunt tempora. Auctis enim quotidie magis in prædictam Societatem clamoribus, & querelis, quinimo periculosissimis alicubi exortis seditionibus, tumultibus, dissidiis, & scandalis, quæ Christianæ charitatis vinculo labefactato, ac penitus disrupto, fidelium animos ad partium studia, odia, & inimicitias vehementer inflammarunt, eo discriminis, ac periculi res perducta visa est, ut ii ipsi, quorum avita pietas, ac in Societatem liberalitas hæreditario quodam veluti jure a majoribus accepta omnium fere linguis summopere commendatur, charissimi nempe in Christo Filii nostri Reges Francorum, Hispaniarum, Lusitaniæ, ac utriusque Siciliæ, suis ex Regnis, ditionibus, at-

daß hingegen auf einer andern Seite der apostolische Stuhl den mindesten Trost, die Gesellschaft die mindeste Hülfe, und die christliche Welt den geringsten Nutzen aus den letzten apostolischen Briefen verspüret hat, welche von Clemens XIII. Unserm unmittelbaren Vorfahrer glückseligen Angedenkens mehr erpresset (damit ich mich des Worts bediene, welches Gregorius X. in oben angezogener allgemeiner Kirchenversammlung zu Lion gebraucht hat) als erlanget worden, und in welchen das Institut der Gesellschaft Jesu sehr angerühmet, und aufs neue gut geheißen wird.

Nach so vielen Stürmen, und erschrecklichen Ungewittern hoffte ein jeder Gutgesinnter, daß endlich jener erwünschte Tag anbrechen würde, welcher die Ruhe und den Frieden in vollem Maße zurück brächte. Allein unter eben dieser Regierung Clemens des XIII. Unsers Vorfahrers kamen weit härtere und verwirrtere Zeiten. Denn weil sich das Geschrey, und die Klagen wider oft erwähnte Gesellschaft immer verdoppelten, ja sogar an einigen Orten die gefährlichsten Aufruhren, Lärmen, Zwiestigkeiten, und Aergerniße entstunden, welche das Band der christlichen Liebe zerrißen, und die Gemüther der Gläubigen zur Partheylichkeit, Haß, und Feindschaften entflammten, so kam die Sache soweit, daß eben diejenigen, deren angebohrne Frömmigkeit, und gleichsam von ihren Voreltern ererbte Freygebigkeit gegen die Gesellschaft überall berühmt ist, nämlich Unsere in Christo geliebtesten Söhne die Könige in Frankreich, Spanien, Portugal, und beyden Sicilien sich gezwungen sahen, die Gesellen aus ihren Königreichen.

que provinciis socios dimittere coacti omnino fuerint, & expellere, hoc unum putantes extremum tot malis superesse remedium, & penitus necessarium ad impediendum, quominus Christiani populi in ipso sanctæ Matris Ecclesiæ sinu sese invicem lacesserent, provocarent, lacerarent.

Ratum vero habentes prædicti charissimi in Christo Filii nostri, remedium hoc firmum esse non posse, ac Universo Christiano Orbi reconciliando accommodatum, nisi Societas ipsa prorsus extingueretur, ac ex integro supprimeretur; sua idcirco apud præfatum Clementem PP. XIII. Prædecessorem exposuerunt studia, ac voluntatem, & qua valebant auctoritate, & precibus, conjunctis simul votis expostularunt, ut efficacissima ea ratione perpetuæ suorum subditorum securitati, universæque Christi Ecclesiæ bono providentissime consuleret. Qui tamen præter omnium expectationem contigit, ejusdem Pontificis obitus rei cursum, exitumque prorsus impedivit. Hinc nobis in eadem Petri Cathedra, divina disponente clementia, constitutis, eædem statim oblatæ sunt preces, petitiones, & vota, quibus sua quoque addiderunt studia, animique sententiam Episcopi complures, aliique viri dignitate, doctrina, religione plurimum conspicui.

Ut autem in re tam gravi, tantique momenti tutissimum caperemus consilium, diuturno Nobis temporis spatio opus esse judicavimus, non modo ut diligenter inquirere, maturius expendere, & consultissime deliberare possemus, verum etiam ut multis

chen, Ländern und Provinzen zu entlassen, und zu vertreiben, weil sie glaubten, daß dieses das letzte, einzige und unumgängliche Mittel sey, zu verhindern, daß nicht die christlichen Völker selbst in dem Schoose ihrer heiligen Mutter der Kirche sich einander herausforderten, schlugen, und zerrißen.

Weil aber Unsre vorgemeldten in Christo liebsten Söhne davor hielten, daß dieses Mittel nicht kräftig, noch zu Beruhigung der ganzen christlichen Welt hinlänglich seyn würde, wenn die Gesellschaft nicht gänzlich ausgereutet, und völlig unterdrücket würde; so haben sie deßwegen bey Unserm Vorfahrer Clemens XIII. ihre Vorstellungen gemacht, und mit vereinigtem Bitten und Ansehen begehret, daß er auf gedachte wirksamste Weise der beständigen Sicherheit ihrer Unterthanen, und dem Besten der ganzen christlichen Kirche Vorsehung thun möchte. Allein der unvermuthete Todfall dieses Pabstes hat den Lauf und Ausgang der Sache gehemmet. Daher als Wir durch göttliche Gnade auf diesen Stuhl des heiligen Peters erhoben worden, wurden bey Uns eben diese Bitten und Wünsche sogleich wiederhollet, mit denen auch mehrere Bischöfe, und andere an Würde, Gelehrsamkeit und Religion vortrefliche Männer ihre Stimmen vereiniget hatten.

Damit Wir aber in einer so wichtigen Sache den sichersten Weg giengen, so glaubten Wir, daß Wir eine lange Zeit nöthig hätten, nicht nur alles fleißig zu untersuchen, reif zu überlegen, und genau zu bedenken, sondern auch mit vielem Seufzen und anhaltenden Gebethe eine besondere

Hülfe

gemitibus, & continuis precibus singulare a Patre luminum exposceremus auxilium, & præsidium; qua etiam in re Fidelium omnium precibus, pietatisque operibus nos sæpius apud Deum juvari curavimus. Perscrutari inter cætera voluimus, quo innitatur fundamento pervagata illa apud plurimos opinio, religionem scilicet Clericorum Societatis Jesu fuisse a Concilio Tridentino solemni quadam ratione approbatam, & confirmatam; nihilque aliud de ea actum fuisse comperimus in citato Concilio, quam ut a generali illo exciperetur decreto, quo de reliquis regularibus Ordinibus cautum fuit, ut finito tempore novitiatus, novitii, qui idonei inventi fuerint, ad profitendum admittantur, aut a Monasterio ejiciantur. Quamobrem eadem sancta Synodus (Sess. 25. c. 16. de Regular.) declaravit, se nolle aliquid innovare, aut prohibere, quin prædicta religio Clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum Institutum a Sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & ejus Ecclesiæ inservire possit.

Tot itaque, ac tam necessariis adhibitis mediis, Divini Spiritus, ut confidimus, adjuti præsentia, & afflatu, nec non muneris nostri compulsi necessitate, quo & ad Christianæ Reipublicæ quietem, & tranquillitatem conciliandam, fovendam, roborandam, & ad illa omnia penitus de medio tollenda, quæ eidem detrimento vel minimo esse possunt, quantum vires sinunt, arctissime adigimur; cumque præterea animadverterimus, prædictam Societatem Jesu uberrimos illos, amplis-

Hülfe und Beystand von dem Vater des Lichtes zu erlangen; worinn Wir Uns auch durch das Gebeth, und durch die Tugendsübungen aller Gläubigen bey Gott öfters helfen ließen. Wir wollten unter andern Dingen untersuchen, auf welchem Grunde jene gemeine Sage beruhe, daß nämlich der Orden der Gesellen Jesu von dem Concilium zu Trient auf eine feyerliche Weise gutgeheißen, und bestättiget worden; und Wir fanden, daß in gedachtem Kirchenrathe von der Gesellschaft weiter nichts vorgekommen, als daß sie von jener allgemeinen Verordnung ausgenommen seyn sollte, durch welche den übrigen Ordensständen vorgeschrieben war, daß nach geendigtem Noviziat die Novizen, welche für tauglich erfunden worden, zur Profeß gelassen, oder aus dem Kloster verbannet werden sollen. Es hat daher eben diese heilige Kirchenversammlung in der 25. Sitzung, 16. Kap. von den regularen Ordensständen erkläret, daß sie hierinnfalls nichts verändern, noch der Gesellschaft verbiethen wolle, nach ihrem von dem apostolischen Stuhle gutgeheißenen Institut Gott, und seiner Kirche zu dienen.

Nach so vielen und so nöthigen angewandten Mitteln, und durch den Beystand des heiligen Geistes, wie Wir hoffen, erleuchtet, wie nicht minder durch die Pflichten Unsers Amts gezwungen, welches Uns zu Stiftung, Erhaltung, und Bestärkung der christlichen Einigkeit, und zu Aufhebung all desjenigen, was derselben auch zum mindesten Schaden gereichen könnte, auf das engste verbindet: und weil Wir überdas sehen, daß die osterwähnte Gesellschaft jene häufigen Früchte, und jenen Nutzen nicht mehr bringen könne, zu welchem sie

eins

ſimosque fructus, & utilitates afferre amplius non poſſe, ad quos inſtituta fuit, a tot Prædeceſſoribus noſtris approbata, ac plurimis ornata privilegiis, imo fieri, aut vix, aut nullo modo poſſe, ut ea incolume manente, vera pax, ac diuturna Eccleſiæ reſtituatur; his propterea graviſſimis adducti cauſis, aliisque preſſi rationibus, quas & prudentiæ leges, & optimum Univerſalis Eccleſiæ regimen nobis ſuppeditant, altaque mente repoſitas ſervamus, veſtigiis inhærentes eorumdem Prædeceſſorum noſtrorum, & præſertim memorati Gregorii X. Prædeceſſoris in generali Concilio Lugdunenſi; cum & nunc de Societate agatur, tum Inſtituti ſui, tum privilegiorum etiam ſuorum ratione; Mendicantium Ordinum numero adſcripta; maturo Conſilio, ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, ſæpedictam Societatem extinguimus, & ſupprimimus: tollimus, & abrogamus, omnia, & ſingula ejus officia, miniſteria, & adminiſtrationes, Domus, Scholas, Collegia, Hoſpitia, Grancias, & loca quæcumque quavis in Provincia, Regno, & ditione exiſtentia, & modo quolibet ad eam pertinentia; ejus ſtatuta, mores, conſuetudines, Decreta, Conſtitutiones, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut alias roboratas; omnia item, & ſingula privilegia, & indulta generalia, vel ſpecialia, quorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum eſſent inſerta, ac etiamſi quibusvis formulis, clauſulis irritantibus, & quibuscumque vinculis, & decretis ſint concepta, pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi

